FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Soli Deo Gloria! oder Die Beförderung der Ehre Gottes hat aus dem Spruch St. Pauli: Jhr eßet nun/ oder trincket/ oder was ihr thut/ so thut es alles ...

Lasius, Lorenz Otto

Budißin, 1725

VD18 13337238

Widmung

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211877

Visual Library

VIRO
Præclariſſimo atq; Doctiſſimo
DOMINO
GODOFREDO LANGHANSIO,
SS. Theologiæ Candidato
digniſſimo,
Elegantiorum Literarum Cultori
diligentiſſimo,
CON-RECTORI
Scholæ Evangelico-Lutheranæ
Landeshuti in Sileſia florentis,
ex
unanimi atq; pio
Mæcenatum ibidem cordaliſſimorum
Voto
haud ita pridem vocato
atq; jam ſolenniter introducto,
Peritiſſimo,
Patrueli Optimo,
Fautori atq; Amico honoratiſſimo
S. P. D.
pagellarum præſentium
Auctor
D. Laurentius Otto Laſius.

Franckesche Stiftungen zu Halle

VIR Præclariſſime,

Optime Fautor.

QVam carè Temet ſtudiaq; Tua ego ſemper æſtimaverim, novit qvidem is, cui intima pectoris mei penetralia patent: Sed illud in publicum ediſſerendi nulla hactenus adfulgere voluit idonea opportunitas. En vero nunc adfulget, dum pagellas haſce, *ſtudium promovendæ Dei Gloriæ* præ ſeſe ferentes, omnium oculis ſubmittere animus eſt. Conantur qvippe juxta S. Literarum filum,

Librorum noſtrâ in Eccleſia Evangelico-Lutherana Symbolicorum normam, atq; intemeratâ apud nos ὀρθοδοξίᾳ celebrium Theologorum indolem id imprimis modo facili exponere, qvid & qvâ ratione Chriſtiani noſtri, ab imis ad Summos, qvicqvid agant, *in Summi Numinis Gloriam* agere poſſint atq; debeant. *Gloria DEI* ſanè ſuprema Chriſtianorum omnium Lex eſto. Fatentur id qvidem plurimi, verum qvod oppidò paucis *Gloria DEI* curæ cordiq; eſſe ſoleat, proh dolor! experientia docet. GLORIAM DEI qvæſivere celebres *DUUM VIRI*, ad proſapiam Tuam qvi pertinent.* Alter erat *AVUS*, qvi primùm Ludo Saganenſi, poſt etiam Scholæ Gubenenſi velut optimus Moderator & Rector præfuit. Parens alter erat, cujus functio Sacra, qvam Eccleſiæ Albrechtsdorffienſi multo cum fructu atq; encomio fideliter præſtitit, omnis ad *Gloriam DEI* nunqvam non tendebat. Horum hactenus

* Uterq; CASPAR LANGHANS vocatur. Qvo anno uterq; natus & denatus, & qva mentis dexteritate uterq; ſuo functus ſit officio, id pluribus utriusq; Perſonalia, ceu vocant, recenſent. E qvibus, qvicqvid heic ſcripſerim, brevibus hauſi.

nus in ſtudiis Tuis non ſine gloria æmulator extitiſti. Vocat jam Temet DEUS ad Ludum Landeshuti non ignobilis Sileſiorum Oppidi Literarium, ut ibidem munia CON-RECTORIS obeundo *Gloriam Dei* promovere debeas. Junxit nosmet propinqva ſane Conſangvinitas. Monſtraſti plus vice ſimplici, qvam ingenuo me proſeqvereris adfectu. Mellitis,

Qvæ facili ſemper potis es deducere plectro,

Carminibus ſæpenumero ſum delectatus. Pertinere igitur ad TE vel maxime qvalemcunq; hancce meam, de *ſtudio Gloriæ Dei Chriſtiano*, oppellam, nullus dubitaverit, niſi qvi, qvæ Temet inter ac me floreat amicitia, plane ignorabit. Ut verò eam benevolo vultu adſpicias, inſcriptionemq; hanc meam lubens admittas, vehementer etiam atq; etiam Te volo rogare. Gratulor Tibi ſtudia Tua, qvibus hactenus omnem dediſti operam. Gratulor *Con-Rectorale* munus, miro ſane faventiſſimi Numinis nutu nuper impetratum. Faxit DEUS O. M. ut annos per Neſtoreos felix ac incolumis vivas, Scholæq;, cui jam præfectus es, eam utilitatem præ-

Franckesche Stiftungen zu Halle

ſtes, qvâ exeinde, tanqvam ex eqvo Trojano, multi proveniant Viri, qvibus & in Eccleſia & in Rep. *Gloria Dei ſuprema Lex ſemper erit.* Faveant Tibi Mæcenates, faveantq; cives omnes, imo Cœli Tuis conatibus Scholaſticis ita faveant, ut majores honorum officiorumq; gradus adſcendendi plana Tibi ſemper ſit via. Unicum ſaltem abs Te precibus contendo, ut ne ulla unqvam mei Noſtriq; Temet oblivio capiat. Qvod ſupereſt, vale βελτίϛως, & ama impoſterum Tibi qvam integerrime cupientem. Cibellæ dab. è muſeo Prid. Calend. Septembris, Anno æræ Chriſti MDCCXXV.

Vor=